

Cyprian. Leo.

.DCyprianus Epistol. 17. D.Leo Papa serm. 2. de sua Assumptione; & communiter Patres. Nam si hoc tantum esset dictum personae Petri, ut volunt Heretici, mortuo Petro extincta esset Ecclesia; nam destructo fundamento, destruitur res. Ergo, cum Ecclesia sit duratura usque in finem mundi, ut intelligunt sancti Patres ad illa Christi verba: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Matth. 28. num. 20. eius fundamentum durabit usque ad consummationem saeculi, quod optime colligitur, & intelligitur constitui ex Petro, eiusque successoribus, Romanis nempe Pontificibus, qui sunt veri, & legitimi successores Petri, ut docet sancta fides Catholica, & late ostendit Suarius citatus a cap. 13.

Matth. 28. Petrus, & eius successoribus Ecclesiam fundamentum. Suarius. 146.

Ad Ephes. 2. & 4. 1. Timoth. 1. 1. Petri. 2.

Adificabo Ecclesiam meam. Vitur Dominus verbo adificare, valde familiare ipsi Christo Domino ac eius Apostolis. Ephes. 2. num. 2. & 4. num. 12. & Timoth. 1. num. 4. & 1. Petri 2. n. 5. Ecclesiam. Vox est Graeca, & significat hominum coetum ad certum aliquid agendum, vel audiendum euocatum. Quae vox iam communiter appropriata est fidelium coetui, Christum Iesum contenti. Relinquitur Iudaeis antiquum Synagoga vocabulum. Et porta inferi, idest omnis ciuitas infernorum, seu omnis exercitus daemonum, cum omni sua potentia, ac impetu vitiorum, ac nequitiarum, non preualebit adversus eam, non poterunt scilicet Ecclesiam meam vincere, subvertere, ac ei resistere: semper enim ipsa contra omnem daemonum potestatem praualitura est; valde stabiliter ipsa Ecclesia in Petro, eiusque successoribus fundata est, tanquam in firmissima petra, ut nulla vi subverti, ac separari a Christo queat.

QUESTIO XVIII.

Quare Christus Dominus in euulgandis laudibus Petri ponit coniunctionem, dicens: Et ego dico tibi?

147. Leo.

Et ego dico tibi, ait Christus Petro. Quae verba expendens D. Leo serm. 3. de Petro, ait: Et ego, inquit Iesus, dico tibi, hoc est, sicut Pater meus tibi manifestauit diuinitatem meam, ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus. Maxime expendenda est illa coniunctio. Et ego dico tibi; quae habet multam similitudinem in praedicando Petro, & in praedicando Christo. Ac si dicat Christus: Caro, & sanguis, d Petre, non reuelauit tibi meam originem, meamque natiuitatem, sed Pater meus caelestis; sic non caro, & sanguis, sed ego aeterni Patris Filius, aeternaque eius sapientia explico, & declaro tuas laudes. Veluti sicut vnus aeternus Pater potest Filij diuinitatem manifestare, sic vnus aeternus Filius potest Petri praecellentias dicere, ac publicare, ut in hoc Petro Christum adumbret, quod diuino egeat decantatore

Sola diuina sapientia potest Petri laudes euulgare.

148. August.

Secundo D. Augustinus serm. 13. de verbis Domini eandem energiam verborum notans, ait: Respondit Petrus: Tu es Christus filius Dei viui: tunc ei Dominus ait: Et ego dico tibi, tanquam si diceret: Quia tu dixisti, Tu es Christus filius Dei viui, ego dico tibi, Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Ait Saluator, Et ego dico tibi, veluti notans occasionem, & motiuum dicendi,

ac si innueret, Quia tu, Petre, meam diuinitatem confitendo, dixisti id, quod ego sum, Tu es Christus filius Dei viui; ideo ego cumulatissime remunerans tuam hanc fidem, dicendo faciam tibi id, quod non eras, ut constituam e firmissimam petram, veluti angularem, totius meae Ecclesiae fundamentum. D. Hieronymus. Ego dico tibi, non sermone casto, & nullum habente opus, sed dico tibi, quia meum dixisse, fecisse est.

Christus cumulatissime obsequia nostra remunerat. Hieron.

Pro sobole deprecabatur Dominum Anna, cui ait sacerdos Heli: Deus det tibi petitionem, quam rogasti. 1. Reg. 1. num. 17. Postea vero nato Samuele, cum eum adduxisset mulier in templum, eumque ibi ad obsequium Domini consecrasset, viro eius Elcana ait Sacerdos: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac pro seruire, quod commodasti Domino. 1. Reg. 2. num. 20. Cur Sacerdos non ait hoc secundo loco, Det tibi, sicut dixerat in primo; sed inquit. Reddat tibi? Iam modò vnium filium ministerio templi emancipauerat; indeque iam sibi Deum quodammodo debitorem constituerat, ut non tam sibi donare, quam reddere, seu soluere diceretur; & hoc non simpliciter, sed scenore, hoc est multo adaucto, & multiplicato dono, pro vno filio Deo oblato tres filios, duasque filias reciperet. 1. Reg. 2. num. 21. D. Chrysostr. homil. de Anna, & Samuelis educatione sic loquitur. Initio dixerat, Det tibi, sed quid? Det tibi Dominus, quidquid postulas: verum postquam illa Deum fecerat debitorem, Reddat tibi? Praeclaram rationem subiicit S. Doctor: Etenim si dedit, cum nihil deberet, multo magis redditurus est, postquam accepit. Vide Rom. 2. cap. 7. quaest. 10. num. 68. 69. & cap. 26. quaest. 3. n. 15. & 16.

149.

1. Reg. 1.

1. Reg. 2.

Qua Deo datum, adauit recipimus.

1. Reg. 2. Chrysostr.

QUESTIO XIX.

An minuatur gloria Petri, quod a Christo sit laudatus post proclamata Christi encomia ab ipso Petro?

150.

POTERIT forsitan aliquis sinistra cogitare, quod gloria Petri in suis encomiis sit imminuta; laudatur enim a Christo, Tu es Petrus, postquam ipse Christi praecellentias proclamauit, Tu es Christus filius Dei viui: ac proinde videbitur, quod laus laude persoluitur, ac recompenatur. Inutilis, & friuola est obiectio. Primò. Nam, si Christus modò Petrum laudat pro praecelara eius confessione; etiam illum acriter reprehendit, cum occasio postulat, & eius dicta exigunt. Vnde infra Matth. 16. num. 23. ei dixit: Vade post te Satana. Ergo cum a Christo laudatur, pro suis meritis laudatur.

Vere laudati, qui & reprehenduntur. Matth. 16.

Secundò Christus Dominus suo praconio extollit Petrum, qui de se ipso testificat, Ego sum vermis, & non homo. Psal. 21. num. 7. Et qui propriam gloriam contemnit, cum aliorum laudes testificat, ac celebrat, valde certa, securae, ac verae humilissimi laudes comprobantur, ab omni suspitione alienae persistunt.

151. Psal. 21. Qui propriam laudes contemnit, in alterius praconio verissimus.

Miserunt Iudaei Sacerdotes, & Leuitas ad Baptistam, ut interrogarent eum, Tu quis es? an scilicet ipse esset verus Messias. Ioannes autem confessus est, quia non sum ego Christus. Ioan. 1. n. 20. Postea vero Christi magna cepit praedicare, ac euulgare, triaque de eo dat praecelara testimonia

152.

Ioan. 1.

monia dicens: Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calceamenti, ibidem num. 27. Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Vidi Spiritum descendentem de caelo sicut columbam, & mansit super eum, &c. ibidem num. 32 Et iterum. Altera die respiciens Ioannes Iesum ambulantiem dixit. Ecce Agnus Dei, num. 35. Series rerum ex alto Dei consilio maxime notanda est. Cur Ioannes omnia de Christo dat testimonia post abiectam a se Messiae dignitatem? Cur saltem vnium non profert, antequam eam a se excluderet? Ut inde testificata de Christo cunctis aperte certa, & vera apparent. Perbelle D. Chrysostr. Quis Messiam se esse negauerat, in tantum non descenderet testimonium, nisi Christus verus Deus esset, Quomodo fieri potest, ut qui proprias acclamationes contempnit, alteri immerito eas tribuat, & concedat? Prius negat Ioannes in persona sua Regis, ac Messiae celsitudinem, ut cum eam tot, tantisque testimoniis in Christo testificet, res vnueris fiat certa, & indubitabilis.

Maximè loannis testimonio Messiae dignitas in Christo comprobatur.

Chrysostr.

153. Ad Hebr. 11. Philo.

Moses grandis factus negauit se esse filium filiae Pharaonis, Ad Hebraeos 11. num. 24. Qui, ut ait Philo lib. de vita Moysis, cum futurus esset dux, & liberator populi Israelitici, negauit se esse filium filiae Pharaonis, & coronam, quam in capite habebat, proiecit, pedibusque conculcauit. Meritissime hic legitur dux, ac gubernator totius populi, ut munera, ac officia distribuatur: fieri enim non potest, ut qui propriam coronam despiciebat, coronam indigno, ac immerito conferret, sed eam tantum illi concederet, qui radiantibus meritis praecelaratissime fulgeret.

QUESTIO XX.

Quare Principi Apostolorum hoc nouum nomen imponitur?

154.

NOMEN nouum datur Simoni, ut ipso nomine indicaretur, qualis futura erat eius dignitas. De quo latius dicam quaest. sequenti. Deinde ad praesens dubium. Respondeo ex verbis Olimpij Monachi in Eccles. cap. 5. pertractantis de Caimo, & Abele, qui sic ait: Nomen nouum nouam rem innuit, & declarat, Cum Petrus ad apicem summi Sacerdotij, ac Apostolicae dignitatis euehitur, nomen nouum ei datur, ut denotetur, quod qui ad Ecclesiasticum ordinem, seu sacerdotium euehitur, noua sit res, nouus sit homo vita, & moribus, ut de antiquis consuudinibus, rebus, ac iniuriis non recordetur. Dignitas enim haec non est ad inique agendum, sed ad strictè viuendum, ut ait D. Chrysostr. lib. de sacerdotio.

Olimpius.

Qui Ecclesiasticus, ac sacerdos ordinatur, nouus sit homo.

Chrysostr.

155.

Genes. 1.

Secundò. Nominis impositio, in conferente dominij signum, in accipiente verò subiectionis nota. Formatis igitur Dominus de humo cunctis animalibus terrae, & vnueris volatilibus caeli, adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea Genes. 2. num. 19. Si Deus cuncta per se ipsum creauit, cur & illis non dat nomina? Ad quid ad hoc adduxit ea ad Adam? Ut ex tali distributione homo suum principatum intelligeret, animantiaque hominem suum dominum recognoscerent. Sylneira in Euang. Tom. IV.

D. Chrysostr. homil. 14. in Genes. Factum est hoc, ait, ut & symbolum domini per nomen impositionem cognoscamus: unde & Adam instruitur, ut animalibus brutis tanquam dominus nomina indat. Cum Petrus eligitur in Pontificatum, nomen ei datur, ut in nominis impositione insculptum habeat symbolum suae subiectionis, ut in ipso rerum apice sic se gerat, ut alteri subiectum, sciatque, de rebus, a se gestis, redditurum esse rationem.

Chrysostr. Pralatus cogit se alteri esse subiectum.

Tertio. Magna laus Principis Apostolorum, quod Christus, sapientia Patris, illi nomen imponit. Nomina dicere, ac proferre quilibet poterit. At nomen imponere proportionatum, ac conueniens naturae rerum, solius Dei est, ab eiusque afflatu tantum potest prouenire.

156. Magna gloria Petri, quod a Christo nomen accipiat.

Cum Adamus esset in felicissimo statu iustitiae originalis, ac in Paradiso, appellauit cuncta animalia nominibus suis. Omne enim, quod vocauit Adam anima viuens, ipsum est nomen eius, Genes. 2. num. 19. Postea vero prolabitur in peccatum, eicitur à Paradiso, & tunc vxori suae nomen indit, eamque Eua appellat. Et vocauit Adam nomen vxoris suae Eua, eo quod mater esset cunctorum viuentium, Genes. 3. num. 20. Cur appellatio nominis Euae non approbatur à diuino Spiritu, ut approbantur nomina animalibus concessa: Omne enim, quod vocauit Adam anima viuens ipsum est nomen eius. Cum Adamus nomina distribuit animalibus, fulgebat ipse gratia, iustitia originali, scientia, ac prophetia, Deique nutu in illo negotio diuegebat, ut docent D. Chrysostr. homil. 14. in Genes. D. Ambrosius lib. de Paradiso cap. 11. ibi Euchimius, Rupertus, & alij. At verò cum nomen dat Euae, iam peccato commisso, à donis gratiae, scientiae, ac prophetiae ceciderat, subaque iudicio, ac ratione ducebatur, sicque, ut alicui videbitur, aberrauit, proprietatemque nominis non attigit, ut eam diceret matrem viuentium, quae erat mater omnium morientium per peccatum. Rupertus lib. 3. cap. 26. Mira, ait, peccatoris surditas: quid insanius, quam in tali articulo Eua dicere eam, quae non habet vitam? Et paulo post iterum inquit. Quid insanius, quam in illo talis causa iudicio illam nuncupare Eua, idest vitam, quae non habet vitam? dicere matrem cunctorum viuentium eam, quae potius est mater omnium morientium? sic decipitur, dum ex suo iudicio nomina dat.

157. Genes. 2.

Genes. 3.

Solum ex nutu Dei, non ex hominis ratione venit verum.

Chrysostr. Ambrosius. Euchim. Rupertus.

Rupertus.

Peperit Eua duos filios. Primus extitit fratricida, ac nefandus traditor, eumque Caim appellauit, dicens Possedi hominem per Deum, Genes. 4. num. 1. Caim enim id est possessus Dei, Peperit secundum filium, qui fuit iustus, sanctus, ac primus martyr, eumque Abel nominauit, qui vanitas interpretatur. Quomodo haec conueniunt, ac inter se coherent, ut Abel sanctus dicatur vanitas; Caim verò iniquus, possessus, & datus à Deo astruatur? Quae nomina imponebat, erat mulier iam propter peccatum à Paradiso expulsa, indeque multum à vera scientia, ac cognitione rerum ceciderat. Philo lib. de Cherub. ait:

158. Genes. 4.

Homo in nouum nomen impositio aberrat.

Philo.

Vulgus hominum nomina imponere rebus diuersa ab ipsis solet, ut aliud ipsa sint, aliud sonent.



QVÆSTIO XXI.

Quare Principi Apostolorum datur nomen potius deductum à Petra, quam à saxo, vel columna?

159. Ioan. 1.

Euthymius. Bonavent. Caietan.

160. Hieron.

Idem est. Deum dicere, ac suare.

Exod. 20. Phil.

161. Maxim.

Prelatus subditorum ba- nulus.

Ambros.

162.

Psal. 115. Isai. 22. Matth. 21. Petri 1.

Gregor.

VLTI volunt, quod magnum nomen Petrus antea Simoni fuerat promissum. Ioan. 1. num. 42. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: hic ei à Domino datum, vt prefectè videatur diuina promissio adimpleta. Tamen nomen Petrus impositum fuisse Simoni in Electione Apostolorum, dixi cum Euthymio, D. Bonauentura, Caietano, & aliis tom. 1. lib. 3. cap. 9. n. 57. Ibi dicta videnda, & quamuis de nomine Petri ibi aliqua dixerim, hic multa alia sunt addenda. Primò. Princeps Apostolorum vocatur Petrus D. Hieronymus hic Quid est, quod ait. Ego dico tibi, non sermone casto, & nullum habente opus, at dico tibi, quia meum dixisse, fuisse est. Imponit Dominus Simoni nomen Petrus, vt ipse intelligat nomine suo in quanta dignitate sit à Deo constitutus, vt sit petra, & fundamentum Ecclesiæ, & quod talem dignitatem à Christo recognoscat acceptam, ideo Dominus ei ait, Ego dico tibi: non enim verba Dei sunt vacua, sed semper coniuncta cum effectu. Cunctus populus videbat voces. Exod. 20. num. 18. Philo lib. de Decalogo. Vniuersus populus, ait, videbat vocem aperitissimè. Humana enim vox auditur, diuina visu percipitur. Quare? Quia quocumq; Deus dicit, non verba sunt, sed opera. Secundò. D. Maximus homil. 4. de S. Petro. Petra dicitur, ait, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemq; contineat. Vltima verba expendo. Caput Ecclesiæ constituitur Petrus, simulque lapis illius fundamentalis: Valde diuerso situ caput, & fundamentum aptantur, caput collocatur in superiori parte; fundamentum in inferiori: caput eminet omnibus; fundamentum sub omnibus subternitur, in illoque vniuersa inniuntur. O morale documentum! Cùm quis se videt inauguratum caput, cogitet se veluti lapidem fundamentale. Lapis fundamentalis omnes adificij partes super se continet, molis pondus sustinet: sicque qui prælatus creatur, omnium suorum subditorum baiulus est, quot enim subditos habet, tot supra se positos sciat: non enim dignitas est leuamen, sed grauamen, nec enim ipsa alicui confertur, vt requiescat, sed vt onere, curis, ac sollicitudine fatigetur. Sicque cùm Petrus prælatus auguratur, non caput dicitur, sed lapis fundamentalis, cui tota adificij machina incumbit, tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemq; contineat. Et D. Ambrosius serm. 4. eadem habet verba dicens, vt Petrus totius operis Christiani compagem molemq; sustineat. Vide multa tom. 3. Verb. Dignitas. Tertiò. Præ multis aliis nominibus columnæ, basis, turris, anchoræ, nomen deriuatum à petra datur Principi Apostolorum, quia in Scriptura ipsius Christi nomen maximè celebratum est petra. Psal. 117. num. 22. Lapidem, quem reprobauerunt, adificantes, hic factus est in caput anguli. Isai 28. num. 16. & Matth. 12. num. 42. & 1. Petri 2. num. 4. Ad quem accedentes lapidem viuum, & aliis multis. D. Gregorius in Psal. 7. Pœnit. Christus est petra, ait, a qua Petrus nomen accipit,

& supra quam se adificaturum dixit. D. Paschasius lib. 8. in Matth. Super eodem fundamento Apostolorum primus, ait, Petrus recte posuitur: tamen in ea petra, de qua nomen sibi ex dono traxit. D. Leo serm. 3. in Anniuersario assumptionis suæ. Qui ita Christum cum Petro loquentem introducit. Cùm ego, ait, sim petra, ego lapis angularis, qui facio utraque vnum; ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es; quia mea virtute solidaris, vt que mihi potestate sunt propria, tua sint mecum participatione communia. Et super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, super hanc, inquit, fortitudinem æternam extruam templum. D. Maximus homil. 4. de S. Petro, postquam notat, quod Christum dicitur petra, & Petrus, sic subiicit. Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. Magna excellentia Petri: nominis, ac dignitatis Christi fit particeps. Magnaque æquitas Christi, vt Petrum, quem participem fecerat oneris, ac ponderis sui officij, participè gloriæ, ac excellentiæ sui nominis constitueret. Notandum est ex D. Thoma 1. Corinch. 3. lectione 2. Quod Christus dicitur petra, ac fundamentum, & Petrus etiam petra, & fundamentum, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam: tamen Christus est petra principalissima, veluti rupes, ait, Angelicus Doctor, in qua lapis fundamentalis, verbi gratia Petrus constituitur, & inniuntur, vt totam molem adificij Ecclesiæ sustineat, & fulciat. Quartò. Petrus dicitur petra à Christo, qui est vera petra, sic ait D. Augustinus serm. de Cathedra Petri. Petra ergo pro deuotione, Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur. Sicut ait Apostolus. Bibebant de spiritali consequente eos petra, Petra autem erat Christus. 1. Corinch. 10. num. 4. Hæc petra, quæ in deserto Hebræis dedit aquam, figura extitit Christi. Domini à quo & Petrus dicitur petra, multa cunctis prælatis dat. Consequente eos petra. Hanc petram per miraculum Iudæos in deserto assidue securam fuisse vsque in Chanaan, eisque aquam dedisse, multi Hebræi existimant. Vnde Syrus vertit, Bibebant de petra spiritali, qua cum ipsis veniebat. Et Tertullianus lib. de Baptismo cap. 9. ait: Hæc est aqua, qua de comite petra populo defluebat. Sic bonus prælatus suos sequatur, eos concomitetur, cum illis assistat, ab eisque non discedat. Secundò Photius pro consequente petra, vertit, Obsequente petra, hæc obsequabatur Hebræorum siti, ac necessitati. Sic & prælatus suorum indigentia seruitium præbet, vt eos consilio, ac ope adiuet. Tertiò. Petra abundantiam aquarum, quibus replebatur, non in se claudebat, & continebat, sed largiter effundebat, vt cuncti biberent, ac recrearentur. Sic & prælatus bona sua non retineat, sed subditis comunicet, & in eos exundet. Quartò. Petra vniuersis dabat aquam absque acceptatione, & diuersitate personarum. Sic & prælatus æqualis sit in omnes, vt multa æqualitate cunctis bona partiat. Origenes homil. 5. in Matth. Omnes enim, ait, qui imitatores sunt Christi, similiter petra cognominantur, quemadmodum Christus, & de omnibus talibus bibunt spiritalium potum homines spirituales. Cùm Petrus constituitur præsul, petra dicitur, vt istius ingenium ebibat. Quintò. D. Augustinus tract. 7. in Ioan. Magnum, ait, quia mutauit ei, scilicet Petro, nomen, & fecit de Simone Petrum, Petrus autem à petra, petra vero Ecclesia: Ergo in Petri nomine figuratur Ecclesia

Paschas. Lco.

Maxim.

Socius oneris sui particeps honoris.

163. Thoma.

164. August.

1. Corinch. 10.

165.

Syrus. Tertullian.

Photius.

Prelatus suis obsequatur.

Prelatus sua bona in sua diffundat.

Origen.

166. August.

Zachar. 12.

Obligatio officij in prelato sit insita.

167. Abulens.

Petrus pro confessione fundamentum Ecclesiæ. August.

168. Matth. 16.

Græcus.

Declarata Petri fide Christus de sua morte tractat.

Alb. magus.

169. Act. 12.

Arabicus.

A fide Petri decus, & honor Ecclesiæ.

Beda. Lorynus.

170. Act. 12. Syrus.

Act. 8.

Luc. 2.

Ecclesiæ. Petra Ecclesiam significat Iob. 29. num. 6. Petra fundebat mihi riuos olei. Zachar. 12. num. 3. Nomen indicat naturam rei. Cùm Simon pastor Ecclesiæ creatur, dicitur Petrus à petra, quæ est Ecclesia, vt insinuaretur, quod tam proprium, ac insitum erat ei munus, ac obligatio Ecclesiæ, tamque id in eius naturam transformatum, vt ab ipsa Ecclesia eius conditio denotaretur, ab illaque nomen haberet. Sexto. Abulensis quæst. 67. ait, quod Petrus dicitur à petra, seu firmitate fidei, seu confessionis fidei, quæ in Petro fuit tam præclara, & excelsa, vt super illam Christum Dominum Ecclesiam suam fundauerit, ac adificauerit. D. Augustinus serm. de Cathedra Petri. Petrus, ait, fundamentum scilicet Ecclesiæ, ponit, Petrus plantat, Dominus incrementum dat. Facta hac confessione Petri, statim subdit Euangelista: Exinde cepit Iesus Ierosolymam & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi. hoc cap. Matth. 16. num. 21. Perpende illam particulam, Exinde, Græcus habet Ex tunc, vel Ex eo tempore, quo scilicet Petrus Domini diuinitatem est confessus, suamque fidem declarauit, statim cepit Iesus pertractare de morte sua, & quod oportebat eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis. Cur non antea, sed modo post Petri confessionem, de sua morte disserit, ac agit? Aspexit Dominus magnam fidem Petri, illustremque eius confessionem, in deque visum est, iam adesse tempus, quo mors, & passio eius acceleraretur, seque suis crucifixoribus tradi permetteret, cum iam excellens Petri fides esset declarata, cui optime tota Ecclesia committi poterat, supra quam fidem optime ipsa Ecclesia fundata, ac adificata consisteret, iamque ex tali fide erat designatus fidelissimus Pontifex Albertus magnus. Habita, ait, fide, & confessione Deitatis, supra quam fundatur Ecclesia, tangitur passiois futura reuelatio. Erat Petrus dormiens in carcere, Angelus Domini astitit iuxta eum, Percussitque latere Petri excitauit eum. Act. 12. num. 7. Arabicus vertit, Pugnauit ei pectus. Cur Angelus ad Petrum excitandum à somno ad eius latus conuolat? Cur non potius apprehensa manu, brachio, vel pede eum à somno auocat? Omnibus aliis partibus omissis, ad latus Petri, tanquam ad rem valde sacram, & pretiosam, cucurrit Angelus; sciebat enim, quod sicut è latere Christi emanauit Ecclesia, sic etiam è latere Petri sua fidei confessione defluxit fundamentum, decus, ac ornamentum ipsius Ecclesiæ Beda apud Lorinum. Percussit latere Petri, ait, defuncto latere Christi fluxit Ecclesia, vt Petrus intelligat, omne in se decus Ecclesiæ consistere. Ab eadem historia non decedamus. Venit Angelus ad Petrum in carcere. Et lumen resulsit in habitaculo. Act. 12. num. 7. Syrus. Et lux defluxit in totam domum. Notatu dignum, Cur Angelus nec apparet in luce, ac splendore in veteri Testamento, nec etiam aliis apparitionibus in nouo, vt quando Angelus, iuxta probabilem sententiam, ducatur præbet Magis; ac quando Angelus loquitur ad Philippum Act. 8. num. 26. Sed tantum Angeli in radiante luce, totum spatium circumstantis illuminante, apparent in sacratissima Natiuitatis nocte. Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfudit illos. Luc. 2. num. 9. Ac in præsentem, cum se Angelus exhibet Syllabra in Euang. Tom. IV.

Petro, Lumen resulsit in habitaculo. Ad quid in his euentibus resurgens lux diffunditur. Vt vniuersis fieret manifestum, quod Christi aduentus in mundum, & Petrus sua confessione tenebras à sæculo depulerunt, ac cunctis Gentibus lumen, ac lucem fidei ministrarunt. Beda apud eundem Lorinum. Haud dubium, ait, quin externas noctis tenebras nuntius natalis Christi, & hic uisitor Petri Angelus sua uoluerit luce depellere.

Fides Petri illuminauit mundum.

Beda.

QVÆSTIO XXII.

Quare Petrus constituitur Prælatus Ecclesiæ tanta stabilitate fundata?

DE hac difficultate iam aliqua dixi supra q. 14. Prima ratio huius rei: Quia, vt notauis quæst. 15. in prima solutione, Petrus primus omnium creditur, & protulit clarum, & distinctam confessionem Diuinitatis Christi; ideo ad primam Ecclesiæ dignitatem ab ipso Christo Domino sublimatus est. Et quia fides est fundamentum totius adificij spiritualis, ac omnium virtutum; ideo Petrus, qui primus fuit in clara, & distincta fide Christi, Ecclesiæ solidum, ac firmum fundamentum constituitur.

171.

Fides fundamentum totius adificij spiritualis.

Secundò. D. Chrysostronus serm. de Pentecoste ait: Nec enim est insensibilis ista adificatio, quod si talis esset, solueretur tempore; confessionem autem pietatis, neque Demones, neque ulla creatura vincere potest. Testantur Martyres, quorum latera radebantur, sed fides non frangebatur? O noua rerum materies? Paries effoditur, & Thesaurus non auferitur. Etenim super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praualebunt aduersus eam. Expende verba. Paries effoditur, & thesaurus non auferitur. Valde firmissimè adificatur Christi Ecclesia, vt nulla potestas, nec omnis Dæmonum vis possit contra illam præualere. Et porta inferi. Et vnde tanta soliditas, ac firmitas; nam Ecclesia adificatur super Petrum, Tu es Petrus, & super hanc petram, id est, vt explicat S. Pater citato loco, non super hominem, sed super fidem adificatur Ecclesia sua. Petrus homo carnis: non ergo caro, sed fides hominis iacitur pro fundamento, quod stabilis est quocumque marmoreo, vel æneo cemento, ita vt nulla potestas ei valeat nocere. Conueniant omnes Dæmonum acies, omnesque tyranni coaduentur: Paries effoditur. Transfigantur Martyrum corpora lanceis, clauis, gladiolis, comburantur latera, diuidantur membra in frusta; tamen fides, æternæ vitæ thesaurus, nec potest depradari, nec auferri, sed integer, & saluus remanet.

172. Chrysostr.

Nil firmiter ac stabilis fide.

Tertiò. Chrysostronus homil. 55. Animaduertitis, ait, quo pacto se ipsum his duabus pollicitationibus filium esse Dei reuelat, & ostendit: nam quæ Deus concedere solus potest, peccatorum remissionem, & vt Ecclesia tot, tantisq; fluctibus irrupentibus immobilis maneat, cuius pastor, & capus piscator homo, atque ignobilis, terrarum Orbe relincente, adamantis naturam firmitate superet: hæc, inquam, omnia, quæ solius Dei sunt, se pollicetur daturum. Duo promittit Dominus Petro, Primum potestatem ad remittenda peccata. Quodcumq; ligaueris super terram, alterum firmitatem, & stabilitatem, Et super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, Vnde fieri potuit, vt vnus homo piscator, atque ignobilis inter tot rerum fluctus, & torque difficul-

173. Chrysostr.